



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 87. Cæsaris literæ ad Papam, & Legatos per Quinqueecclesiensem
Episcopum allatæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

vi cuius nonnisi nominatis quibusdam Oratorum famulis arma deferre permiffum: jubebantur autem Magistratus exactum conſcribere indicem illorum, quibus hoc privilegium concederetur: hi vero, ne fraus fieri poſſet, certo ſigno notabantur. Hoc denique privilegium ob ſingulares juxta, ac neceſſarias cauſas cunctis Lotharingii Cardinalis famulis concedebatur, reliquis autem omnibus, quorum nomina a Magistratibus non fuerant deſcripta, ſub graviffimis pœnis arma erant interdita: quemadmodum vero efficaciffima legum ratio eſſe ſoleat Legislatorum exemplum, ita ipſimet Legati præ ceteris ſui decreti obſervationem a ſuis famulis inchoari voluerunt: hoc igitur pacto tumultus fuere extincti, ac die poſtera decima ſexta Martii Conventus denuo habiti: plurimum autem ad revocandam tranquillitatem conferebat Cæſaris edictum, quo omnes, quicumque in rixa vel alteratione deprehenderentur, Tridento exulare jubebantur.

§. LXXXVII.

Cæſaris literæ ad Papam, & Legatos per Quinqueeccleſienſem Epiſcopum allatæ.

Interea Cætibus licet interruptis nihilominus Synodi negotia continuabantur,

tur, cumque Oeniponto Quinqueeccle-
 siensis Episcopus reverteretur, in Pa-
 trum conventu audiebatur, simulque
 epistola a Cæsare ad Synodi Legatos
 data, necnon alterius ad Papam scriptæ
 exemplar recitabantur.

Sæcul. XVI.
 A.C. 1563.

§. LXXXVIII.

*Quatuor Cæsaris postulata ad Le-
 gatos.*

In harum literarum altera Cæsar summo
 Pontifici quatuor postulata propone-
 at, quorum primum hujus erat tenoris:
 „Rumor est de dissolutione, aut suspen-
 sione Concilii cogitari; ad quod for-
 tasse impellitur Pontifex a memoratis
 „dissensionibus: sed a Cæsare pro sin-
 „gulari ac filiali reverentia illi significa-
 „tur, quod Idem hanc agendi ra-
 „tionem, scilicet dissolutionem, aut Sy-
 „nodi suspensionem ratam non haberet,
 „quia ex utraque esset timenda in mul-
 „tis desperatio, in aliis despectus, ac
 „denique in quamplurimis ingens of-
 „fensio, cum illi Synodum interruptam
 „ideo crederent, ut morum emenda-
 „tio declinaretur: insuper ex eo ma-
 „gnum discrimen immineret, ne re-
 „curreretur ad privatas Nationum
 „Synodos, quas Religioni summopere
 „noxias ipsemet Pontifex agnosceret,

*Pallav. c. 8.
 num. 2.
 Sarp. p. 661.*

*Pallav. l. 20.
 c. 8. n. 2.*